







1797.

1. \* Bestucheff, Punita; Joana Maria Ludovica, Comitissa, de, e gente de Cöroling: Responsa juris 79, 80, 81. Programma, quo quatuor facul. salutem decem sententiarum et reliquis assessorum memoriam anniversariam Joanae Mariae Ludovicae, Comitissae de Bestucheff, Punitae e gente nobili de Cöroling celebrandam indicunt.
- \* cum t.
2. \* Bornius: Responsa juris LXXV. Programma, quo ordinarius senior et reliquis fac. jur. assessores memoriam Bornianam indicunt.
3. \* Magerus, Joanae Fredericae: Responsa juris 86. Programma, quo ordinarius senior et reliquis assessores jur. fac. memoriam Joanae Fredericae Mageri recolendam indicunt.
- \*  
4. \* Spittner, Joanae Carolinae Fredericae, C. C. de: Responsa juris 74. Programma, quo ordinarius senior et reliquis assessores fac. jur. examina Joanae Carolinae Fredericae C. C. de Spittner. . . imperatorem celebrantur.



1797.

5. Bauer, Haucicus Goldfides, fac. jur. pro-cancellarius.  
Responsa juris 82 et 83. Programma, quo solennia  
doctoralia Caroli Theodori Gutzjabs indicit.
6. Bauer, Haucicus Goldfides: Responsa juris 68, 69,  
70. Programma, quo solennia doctoralia Caroli Pi-  
derici Proelssii indicit.
7. Bauerus, Haucicus Goldfides, fac. jur. pro-can-cella-  
rius: Responsa juris 84 et 85. Programma, quo  
solennia doctoralia Joannis Goticlii Wolckmanni  
indicit.
8. Bienerus, Christianus Gollub, fac. jur. pro-can-cel-  
larius: De originibus Schriftsammorum et ambas-  
siorum praecipue in Saxonia p. 1. Programma,  
quo solennia doctoralia Emesti Tiedemeri Haupt  
indicit.
9. Bienerus, Christianus Gollub: De originibus  
Schriftsammorum et ambasiorum praecipue in  
Saxonia p. 2. Programma, quo solennia doctoralia  
Joannis Christiani Rodig indicit.



1797.

10. Binemus, Christianus Gollub: *Thrise juris civilis quaestiones.*
11. Binemus, Christianus Gollub: *De juris doctoris orientaleri.*
12. Pocius, Johann Georgius: *De juris doctorum veterum eorum origine.*
13. Linert, Christianus Gollub, fac. jur. procuratorarius: *De eo, quod juris est, imprimis in Saxonia, circa immunitatem in tributa, quae privilegio notitur. p. 1. Program quod solenniter in auge. rula Martini auct. scripti Haenschildi in Dicit.*
14. Linert, Christianus Gollub: *De eo, quod juris est, imprimis in Saxonia circa immunitatem a tributa quae privilegio notitur. p. 2. Program, quo solenniter doctoralia Cons. Theophili Webers indicat.*
15. Erhardus, Christ. Vanil: *De iurejurando malitiae secundum leges Saxonicas.*

1797.

16. Gutzkow, Carolus Theodorus: De exhibitione delictorum. Spec. 2.
17. Humboldt, Christianus Goltub: De origine atque fatis usucapionis rerum mobilium secundum Praecepta, quae orationem auspicialem continet.
18. Humboldt, Carolus Goltub: De jure civitatis a. M. Tullio Cicero in artem redacto.
19. Humboldt, Christ Goltub: De dotatione necessario conturbata re mariti fovendari non exigendo.
20. Haupt, Immanuel Ferdinendus: De poena adulterii ex lege Julia de coercendis adulteris Accusis de suppliciis leniorem secundum Nov. 14.
21. Hueber, Christianus Goltub: Meditationum et observationum juridicarum ad A. Paris Flacci satiras specimen.
22. Keesler, Immanuel Ferdinendus: Observationes juris naturalis.



1797.

23. Platnerus, Michael: Quaestiones medico-  
juris: I De cunctis occultis. Pragae,  
quo peregrina medicina indet.
24. Ray, Christianus: De transitu et admissione  
legati. Sacrorum juris gentium
25. Vallmann, Hans Guntelms: De seditione ad legem  
Saxoniam Plebentem a. 1791. D. 18 Jun.
26. Weber, Conrad Guntelms: De vera ordine pro-  
vinciarum tum in Germania generatim tum specia-  
lim in Bavariae Ducatu epochae recte constituenda.  
p. 2. specialis
27. Weber, Conrad Guntelms: De vera ordine pro-  
vinciarum tum in Germania specialim tum speciatim  
in Bavariae Ducatu epochae recte constituenda.  
p. 1. generalis

*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*















11400

1797, 2

MEMORIAM  
**B O R N I A N A M**

ET

SENATVS AMPLISSIMI  
M V N I F I C E N T I A M  
IN  
A V D I T O R I O I C T O R V M  
S O L E M N I O R A T I O N E

D. XII. IVN. A. C. MDCCXCVII

HORA IX

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICVNT

**O R D I N A R I V S**  
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

---

IN EST

*Responsor. Iur. LXXV.*





MEMORIAM  
BORNIANAM

SENATUS AMPLISSIMI  
MAGNIFICENTIAM  
IN  
AUDITIONE LECTORUM  
SOLEMNITER GRATIONE

IN  
HONORE  
RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

ORDINARIUS  
SENIOR ET RELIGIOSI FACULTATIS  
THEOLOGICAE ASSessoris

1777  
Lipsiae, die XXV





---

RESPONS. LXXV.

*Num ciuiles adulterii effectus desertionem sequantur.*

**L**iberiorem a coniuge diuertendi licentiam Romanis fuisse, quam nobis, nemo negabit, si l. 8. §. 2. sq. et Nov. XXII. Cap. XV. §. 1. sq. cum nostris diuortii causis, quas confistoria ad adulteria, malitiosam desertionem, et infidias vitae structas restringere scimus omnes, comparamus. Et quamquam rationis est, a coniuge qua tali abstinere, qui infamiam sibi contraxit, nihil refert, huic rei longius inhaerere. Hoc vnum volo, quoniam in diuersas partes ire lectos intellexi, quam adulterium operatur bonorum amissionem, num desertio non minus efficiat.

Nimirum ante aliquot menses controuersia eiusmodi coram praetorio Lipsiensi agitata ad nos deferebatur. Maritus, instituto contra vxorem tanquam desertricem coram Iudice Ecclesiastico Processu, diuortium obtinuerat. Quo facto socrum aggressus, vt, quam filiae deberet pecuniam, quippe desertione commissam, sibi solueret, parum propitiam a Scabinatu Lipsiensi acceperat sententiam, his quidem verbis conceptam: *Dieweil Kläger nach seinem Anführen und dem rechtskräftigen Abschiede fol. 129 wegen bösslicher Verlassung des Eheweibes bereits im Jahre 1773 gänzlich geschieden worden, mithin seitdem, soluto matrimonio, weder usufructuarius noch administrator legitimus des seinem gewesenem Eheweibe zugehörigen Vermögens ist, derselbe auch an dem väterlichen Erbtheile, da dießfalls illatio dotis ermangelt, und das erfolgte Ableben der vorbemeldeten nicht angefüh-*



ret worden, um so weniger einigen Anspruch machen kann; In-  
maassen überhaupt die aus dem Ehebruche entstehende amissio dotis  
auf den Fall der bößlichen Verlassung sich nicht erstreckt; So hat  
Klägers Suchen nicht statt.

Defuncta interea temporis rea, factaque nominis cessio-  
ne, post interpositam leutationem cessionarii votis senten-  
tia a nostro collegio lata omnino respondit, causaque ad Sena-  
tum prouocationum deuoluta, obtinuit, his verbis concepta:  
*Nunmehr aus denen Akten so viel zu befinden, daß Klägers Suchen  
für unstatthaft nicht zu achten, sondern es ist Beklagter die von Klä-  
gers Cedenten wider seiner Erblasserin Administrations-Rechnungen ge-  
machten Erinnerungen, unter der Verwarnung, daß sie widrigenfalls  
für gegründet angenommen werden sollen in Sächsischer Frist zu be-  
antworten schuldig; Ferner darauf etc. adiectis, quod attinet ad  
rem praesentem, rationibus his quidem; Die weil eines Theils  
der Verlust des weiblichen Einbringens Seiten der Ehefrau bey Ehe-  
scheidungen nicht bloß auf den Fall des Ehebruchs eingeschränkt, son-  
dern vielmehr nach den klaren Worten der Gesetze überhaupt alsdenn  
statt finden soll, wenn die Trennung der Ehe durch des Eheweibes  
Schuld veranlaßt worden, l. 24. C. d. Iur. Dot. l. 8. C. d. Repud.  
Nov. XXII. cap. 15. §. 2. cap. IV. X. d. Donatt. Daher nach der  
Auslegung und Meinung bewährter Rechtslehrer diese Strafe auch auf  
die bößliche Verlassung wohl erstreckt werden mag CARPZ. Iurispr.  
eccl. L. III. Tit. V. def. 71. n. 11. BOEHMER in Iur. Eccl. Pro-  
testant. L. IV. Tit. XX. §. 30. IOH. SAM. FR. BOEHMER in Ob-  
seruat. ad Carpzou. Pract. rer. criminal. Part. II. Quaest. 58.  
Oberseru. II. PUFFENDORF in Obseruat. Iur. Vniuers. Tom. IV.  
Obf.*



§

Observat. 240. §. 1. HOMMEL. Rhapf. Obseru. DCIX. *Andern Theils der im Frage besangene Anspruch zu der Ehefrauen Vermögen bereits in stehender Ehe unstreitig gehöret, darauf aber, ob er als dos oder paraphernal Gut anzusehen, nach hiesigen Landts Rechten nichts ankommt, arg. Const. XXI. Part. IV. ibique CARPZOVI. MENCKEN. ad Pand. L. XLVIII. Tit. V. §. 9. LEYSER. Spec. DLXXIX. Medit. 5. HOMMEL. Rhapf. Obs. 361.*

Neque tamen desunt argumenta, quae, vt sententiam scabinorum amplectamur, et cum desertrice mitius, quam cum adultera agendum esse, statuamus, nobis persuadeant. Antiquo videlicet Romanorum iure a solis mulieribus, non aequae a viris adulteria committi existimabantur, et liberior patebat diuertendi licentia. Quod quanquam THEODOSII et IUSTINIANI constitutionibus, quas *dd. l. 8. C. d. Repud. et Nou. XXII. cap. 15.* continent, immutatum, et iura coniugum magis exaequata conspiciamus, bonorum iacturam tamen iusta diuortia comitantem simul deprehendimus ad lucra restrictam pactis nuptialibus definita, dotem videlicet, et propter nuptias donationem.

Ius nostrum diuertendi veniam ob solam tribuit coniugalis fidei violationem, et propter adulterium, quo haec potissimum committitur, non solum donis nuptialibus adulterum exuit, verum potius, quod ex *dd. locc.* facile colligimus, eum ciuilitate mortuum censet, ob eamque rem insonti, quasi superstiti, ea omnia largitur, quae propter mortem alterius naturalem habiturus fuisset, quippe marito mobilia, nisi quid his ob legitimam liberis vel parentibus debitam decres-



cat, vxori contra adulterium passae statutariam portionem. Ad hanc vero bonorum amissionem et quasi successiorem exigunt, vt, commissum esse adulterium, constet. Contra, si propter ea, quae rem comitantur, vi cap. XII. X. d. Praesunt. commissum habeatur, saluis vtriusque bonis, soli diuortio suffragantur. v. HOMMEL. Rhapf. Obs. 487.

Quae quum ita sint, infidias quidem vitae alterius stratas propter atrocioris facinoris prauitatem adulterio aequipollere et eiusmodi bonorum iacturam operari, pro iustitiae aequitatisque sensu, qui in me est, lubens largior, (quanquam memini, oblato eiusmodi exemplo, contrarium collegio placuisse,) vt vero, ad desertionem quod attinet, aienti sententiae subscribam, a me impetrare non possum.

Non cuiuscunque modi desertionem, solam ex malo aduersus coniugem animo proficiscentem diuortio locum dare, largiuntur omnes. Hanc malitiam iudex assumit, si deserens, praeuia trina edictali citatione, in contumacia perseverat, desertumque ab obligatione matrimoniali liberat. Igitur, etsi ponimus, desertionem malitiosam per se, non ex adulterii a deserente commissi praesumptione solutionem conjugalis vinculi operari, certe, si ex eiusmodi decreto Consistorii ecclesiastici repetitur, ex hostili deserentis in desertum animo profectam esse, non probatum apparet, tantum praesumitur.

Equis vero non manifestum hac in re conspiciat principiorum confictum, si videat, dotis, aliorumque bonorum amissionem non ex praesumpto, ex probato tantum adulterio decerni,



decerni, nec decerni, quoniam poenalia protendere nefas habetur, propter infidias coniugis vitae structas, vel intentatum parricidium, denique decerni ob desertionem, quae dolosa esse fingitur.

Quamquam, fictae ad irrogandam poenam non eandem cum vera conuictione vim esse, neminem praeterit. Adeoque persuasum habeo, ex decreto, quo diuortium deserentis contumaciae superstruitur, dotis aliorumque bonorum iacturam statui iure non posse, ex vsuali potius interpretatione, iuris rationi haud consentanea, hoc vnice petendum esse.

Neque id mirum, siquidem dici vix potest, quoties numero et auctoritate exemplorum in errores nos abduci patiamur, vt, quemadmodum, quod vsu ab aliis frequentatur, rationi omnino conueniat an minus, sponte sequimur, et quodammodo sequi debere, nobismet ipsi videmur, communes aliorum opiniones amplectamur, easque ad veritatis tribunal reuocare superfedeamus.

In eiusmodi rerum censum hoc etiam pertinere inueni, si indicendis orationibus stipendii percipiendi causa publice recitandis prolixas tractationes praemittimus, stipendio adiuti impensis prelo subiiciendas, qua re beneficii parte eum nullo iure priuamus. Ideoque constitui, programmata propterea conscribenda more maiorum non vltra vnam chartae plagulam protendere. Abstineo igitur a pluribus, et ad rem praesentem propero.

Instat videlicet XII Iunii memoriae virorum ab ineunte hoc Seculo in republica celeberrimorum Iacobi et Henrici



BONIORUM amplissimique huius urbis Senatus munificentiae recolendae facer. Quorum liberalitate quum factum sit, ut filii vel assessorum nostri collegii, vel Scabinorum, vel Senatorum, vel denique civium huius urbis, si iurisprudentiae nomen dederint, in persequendis studiis per integrum biennium iuarentur, filius honorarii nostri Collegae, eiusdemque Scabini et Consulis meritissimi Supr. Cur. Prouincial. Assessoris, Viri Illustris HERRMANNI, Iuris studiosus, omni- que adeoque ex parte habilis, huius beneficii compos factus, GOTTFRIED WILLHELM HERRMANN hoc pietatis officio, praeuia solemnii oratione, *de primo iuris fonte*, functurus est.

Quam Panegyryn ut Rector Academiae Magnificus, Serenissimi ac Celsissimi Principes, Illustrissimi Comites, Proceres vtriusque reipublicae spectatissimi, Generosissimique ac Generosi ciues nostri, frequentes illustrare et condecorare velint, omnes ac singulos humanissime cupio rogatos.

Scribeb. Lipf. Fest. SS. Trinit. A. C. MDCCXCVII.

L I P S I A E

EX OFFICINA SAALBACHIANA.





Leipzig, Diss., 1797

X 2309032

1078





11400

1797, 2

MEMORIAM  
**BORNIANAM**

ET  
SENATVS AMPLISSIMI  
M V N I F I C E N T I A M  
IN  
A V D I T O R I O I C T O R V M  
S O L E M N I O R A T I O N E

D. XII. IVN. A. C. MDCCXCVII

HORA IX

RECOLENDAM AC CELEBRANDAM

INDICANT

**ORDINARIVS**  
SENIOR ET RELIQVI FACVLTATIS  
IVRIDICAE ASSESSORES

IN EST

*Responsor. Iur. LXXV.*

